

DE CALORE

NATIVO ET SPIRITU

DISPUTATIO PROPOSITA

A

VOLFGANGO MEVRERO DOCTORE
ARTIS MEDICAE.

AD DIEM XXIII. SEPTEMB.

RESPONDENTE MAVRITIO

STEINMETZ OPTIMARVM
ARTIVM MAGISTRO.




LIPSIÆ

IOHANNES RHAMBAVV
EXCVDEBAT

Anno

M. D. LVII.

*Optimo et doctissimo Viro Dn. M. Jacobo Beyer
præsidi Collegij Paulini, amico suo colendo*



W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

**Odręczny
spis tytułów**

SD 4122 II

SD 4123 II

SD 4124 II

SD 4125 II

SD 4126 II

SD 4127 II

Inc. 331

SD 4129 II

SD 4130 II

SD 4131 II

SD 4132 II

SD 4133 II

SD 4134 II

SD 4135 II

SD 4136 II

SD 4137 II

SD 4138 II

SD 4139 II

SD 4140 II

SD 4141 II

SD 4142 II

SD 4143 II

SD 4144 II

SD 4145 II

SD 4146 II

SD 4147 II

SD 4148 II

SD 4149 II

SD 4150 II

SD 4151 II

SD 4152 II

SD 4153 II

SD 4154 II

SD 4155 II

SD 4156 II

SD 4157 II

SD 4158 II

SD 4159 II


SD 4160 II

SD 4161 II

SD 4162 II

Inc. 331 b

Rkp. XVI wiek





In hoc libro contenta

- 1 Caxemes p. inera mediana, a de peste, Gab. f. yale p. 17. G.
- 2 Poptaria epigon medica, emde, Antierpie ad 62. L
- 3 Podagra liden elegiac p. Ed. Hesp. Plogitio, 31. C.
- 4 Febrio dialogis Hottentis, 14 brendin Luthon. A.
- 5 In C. Plinij l. 30 cap. 122. Magia Apologia Tuteny. G.
- 6 Masheoli test de artificiali memoria. A.
- 7 Ars memoriae Ge. Sibitij a pœniata alior. A.
- 8 Vithenta Exorata p. linn Cornarind. ad 45. Encl.
- 9 Nita ac Brachila p. Vity. Exor. asseruanda p. iul. Aug. & in Floreho.
- 10 Ad illibet calumnias Fudij, rufio Egenolphi. B.
- 11 Disputa de testam na a mial seminis na D. Roth a
- 12 Disp. Wensley Baion q. D. Roth. Aet.
- 13 Disp. Hominij Shomney de morte Gori.
- 14 Disputa D. Amichatij de pœniemoria &c. D.
- 15 Disputationes duae D. Rothae p. Dolorandis aliq.
- 16 Disp. D. Amichatij, de 180 Comitah.
- 17 Disp. Casp. Naeij de Phebotomia. ad 48.
- 18 Disp. D. Fendij, p. Rerpadhero doctorendo.
- 19 Disp. D. Menney de catharus, rudente Pehio. ad 49. C.
- 20 Disputa D. Roth cum Pœsthorfio de Thelamgha alij.
- 21 Allocatio a purgatio Sumat D. Naeij, ad 51. C.
- 22 Disp. de plegmone, 1 Hamuilletij & Flacq.
- 23 De lotione a balneis D. Amichatij & Masheolis. E.

- 24 Disputa. R. Jacobi Tiliichij & Sincero & Nathero.
- 25 Diss. P. Rell, & Bodrio, Nachholdo.
- 26 Diss. de causis febrind in græc, V. Clavij.
- 27 Diss. P. Svin: Scheitij de Archi T. Bi. nativa.
- 28 De sang & pituita V. Peembach & 3 Valtore
- 29 V. Peembach & doct. V. Quast medica (D
- 31 De calore & spirit nativo diss. Mennerij & Steinnich. C.
- 32 De nino & eius quatuor V. Hoffmann & Scheitij
- 33 De lacte diss. Hufsen & M. Baroth. 34 Esstasis Strack
- 35 Elementa Hipp. & Gal. V. Peembach & M. Baroth.
- 36 Reta moderat. ratio V. Mennerij. C.
- 37 Cæ & principia certitudinis V. Tiliij Regionoh. C.
- 38 Dinstinctio spirit nativi dinst. Lamm, Faysen.
- 39 Origo & ca. spirit & Bernhardi Eincedling
- 40 Cuius dy. Scholentij V. Henning Steinnich 41 V. Kontmannij.
- 42 Von ungeliefen. 43. Vom Menstru ^{bro. off}
- 44 Facies & mores mense carum 45 Caphys V. Pistorij. E.

DE CALORE

NATIVO ET SPIRITV

DISPVTATIO PROPOSITA

A

VOLFGANGO MEVRERO DOCTORE
ARTIS MEDICAE.

AD DIEM XXIII. SEPTEMB.

RESPONDENTE MAVRITIO

STEINMETZ OPTIMARVM

ARTIVM MAGISTRO.



LIPSIÆ

IOHANNES RHAMBAVV
EXCVDEBAT

Anno

M. D. LVII.

*Optimo et doctissimo Viri Dn. M. Jacobo Beyer
præsidi Collegij Paulini, amico suo colendo*

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΕΡΜΟΥ ΚΑΙ

πνύματ' ὑπὸ Βολγάγγου Μουρέρου ἀρχιάτρου καὶ
Φιλοσόφου διδουκδασμύων ὡς πρὸς
συζήτησιν.

Πνύματ' ὧν ἔρως ρεῦσιν δ' ὕσφραστον ὑπάρχει
πλὴν ψυχῇ, φέρεται σωικὲ δόγμα πόν.
οἶδε μὲν ἐν ὁδῷ ψυχὴ τί ποτ' ὅτι βροτάη,
εἰ μὴ ᾧ πνοιῆς ὅς μετέδωκε θεός.
ὅτι βί' ἄνθρωποι δ' ἰάνεται γνῦτε λέχη,
τὸ ψυχρὸν θανάτου δ' αὐτὴν ἐποίησε μόρον
αἰδομένοισι ὅσοι τ' ἔδομην δ' ἡμῶν ἀκτῶν,
δορμασίης χίτ' αὐτὸς ἀπολλύμενοι.
καὶ τὰ δ' ἐν Μευρῆς γν' ἰατροῖς ὀνομασός,
ἐλλογίμων τε κλυτῆς ὄνομ' ἔχων Ὀφίης,
πάντ' ἐξηγήσει διοριζόμενος μεθόδευσε
γν' κεφαλαῶσαι σιωθήμεν' διδάχῃ.
ὡπ' ἀναλεξάμενός τις ἅμ' ἐκκαρπώσεται ὄνησιν,
κὺν χάψανθ' ἔξω πᾶς χάρις ἐδλὸς ἰών.

ἀπὸ Ἰωαχέμου λαμεραριάδου.

SD 4150 11



Q V A E S T I O

Vtrum, Calor natiuus, & Spiritus, cui tanquam Vehiculo insidet calor,

*imò calor
insidet
sep̃ idē
int.*

Communia sint omnium facultatum animi instrumenta, quibus non solum omnes in toto corpore actiones naturales, vitales, & animales perficiuntur, Sed etiā tolluntur morbi, inducitur Sanitas, & Virium robur feliciter instauratur, corpusq; totum membrīs firmum & ualidum, Specie formosum, nitida coloris amenitate iucundum, & hilari totius habitus pulchritudine conspicuum euadit.

CONCLUSIO I.

CAlor etsi nudę qualitatis nomen est, in hac tamen materia, & in hoc disputationis genere raro sine subiectę substantię comprehensione accipitur.

II.

Qua de causā sæpius calidum innatum, quā calor innatus, appellari solet, ut subiectę substantię intelligentiā, hac elocutionis forma non excludatur.

III.

Hoc igitur calidum, cū innatum sit, aliud esse haud potest, quā substantia illa calida, quę ex semine & sanguine post generationem cuiusq; hominis, in singulis corporis partibus relinquitur.

A 2

Sanguis

IIII.

Sanguis enim & semen nature nostre sunt principia, ex quibus uniuersæ partes corporis primum effinguntur, autore Galeno.

V.

Quæ duo, quoniam aëreæ aqueæq; substantiæ plurimum in se continent, non mirum, Calidum innatum ab eodem aliquando uocari aëream aqueamq; substantiam, quam rectè alibi Semen & Sanguinem esse pronunciat, præsertim in pueris.

VI.

De his igitur principijs, is humor qui in omnibus partibus corporis post generationem reliquus est, Caloris illius natiui & spiritus, propria sedes est, totiusq; uitæ fundamentum.

VII.

Ideoq; non ineptè primogenius humor, & radicalis appellari solet, quum initio statim procreationis tanquam ex radice in corpus traducatur, nec perperam Vitalis & Salutaris idem dici potest.

VIII.

Quamdiu enim hic humor fusus per totum superpetit, alimoniam prebens calori illi insito, tamdiu uita ceu ardens in oleo flammula non extinguitur.

IX.

Extin-

Extingueretur autem celeriter assiduò depas-
scente calore humorem illum initio inditum, nisi
natura sagax sapienter prouidisset, Vt nouus humor
& calor in nobis continenter procreentur, & ex suis
fontibus per arterias & Venas in omnes corporis
partes distribuuntur, ad alendum & sustentandum
humorem illum uitę fomitem.

X.

Ex quo fit, ut influens hic humor & spiritus non
rarò Calidi innati nomine etiam significantur.

XI.

Ita ut caloris natiui, duo genera sint constituenda:
Vnum inhærens, quod singulis corporis partibus
in ipso statim nature ortu inditum est ex sangui-
nis & seminis reliquijs Complantatum & comple-
xionale uulgo appellatum: Alterum influens quod
ex corde & hepate in omnes partes continuo dimas-
nat, alimoniam & Vim uiuificam eis afferens.

XII.

Vtroq; autem in genere tres nature perpetuò
coniunctę reperiuntur, humor, spiritus, & calor,
tanta necessitudine, & tam arcta conspiratione in-
ter se deuinctę, ut nihil unum efficere possit alio-
rum ope & pręsentia destitutum.

XIII.

Ac humor, qui uel primogenius est, uel sanguis,

A 3

in utroq;

in utroq; genere, materie uice substernitur spiritui & calori, eiusq; est fundamentum & pabulum. Spiritus proxima sedes, & ueluti fomes caloris. Calor autem horum beneficio sustinetur, estq; præcipuum animæ instrumentum ad omnes functiones obeundas.

XIIII.

Qua de causa non immeritò Caloris ferme nomen usurpatur, eidemq; tribuitur actionis & laus & causa, cum de actionibus nature differitur, rarius & impropriè Spiritui. Quanquam omnia hæc tria, ut dictum est, perpetua coniunctione & indissolubili nexu cohæreant, & mutuas operas in obeundis functionibus tradant.

XV.

Quanquam autem hic nature calor, omnibus partibus insit necesse est, non tamen equa portione & eadem ui singulis, quandoquidem nec omnium partium eadem est functio.

XVI.

Sed ut in opificum diuersarum artium officinis, ad proprium artis opus efficiendum, non idem paræ magnitudine & uehementia ignis omnibus est usui, (ἐτερον γὰρ, inquit Aristoteles, τὸ χρυσοχοϊκὸν καὶ τὰ χαλκευτικόν, καὶ τὸ τεκτονικόν πῦρ ἀποτελεῖ, καὶ τὸ μαγειρικόν.) Ita nec omnes partes corporis eadem caloris ui & copia indigent, sed in magna uarietate alię maiori, alię minori.

Quanto

XVII.

Quanto autem nobiliora sunt membra, tanto nobiliores habent functiones, tantoq; puriorem & subtiliorem calorem ad eas exequendas requirunt.

XVIII.

Calore igitur innato tanquam instrumento precipuo perficiuntur omnes corporis actiones, coctio ciborum in uentriculo, in epate sanguinis generatio & distributio, in singulis membris alimenti attractio, retentio, alteratio, superflui expulsio, auctio, nutritio, spiratio, arteriarum pulsatio. Deniq; huius ope fit visio, auscultatio, gustatio, olfactio, tactio, motio & progressio, locutio, imaginatio, recordatio & ratiocinatio.

XIX.

Quin & huius vi, corporis sanitas amissa restituitur & uirium robur instauratur, totiusq; corporis firma constitutio comparatur. Quandoquidem extincto penitus calore, nihil prorsus istarum rerum omnium perfici in corpore potest.

XX.

Et si uero Anima ipsa, quę proprię agit & efficit omnia in corpore animantis per suas facultates, quas singulis partibus peculiare inditas habet, ad omnes actiones calore presente seu inherente partibus ipsis indigeat: non tamen solus hic inherens calor sufficit, sed ad constantiam & perfectionem operis

operis cuiusq; etiam nouum & perpetuò influentem
calorem requirit.

XXI.

Quoniam inherens in singulis membris calor
per se inualidus est, & facile languescit, adeoq; dissi-
patur & evanescit, nisi assiduè ex corde affluat ex-
cellentior & nobilior calor, qui sua ui uiuifica calo-
rem membrís infixum perpetuo excitet, uegetet, au-
geat, atque perficiat, perinde atq; in hoc uniuerso
quod cernimus, solis lumine diffuso, omnia, quæ uel
nascuntur è terra, uel uitam in terra degunt, excitan-
tur ad uitam, & ad omnes actiones exerendas faci-
lem quandam ac promptam facultatem accipiunt.

XXII.

Non posset autem simplex ille calor ex suo fon-
te. ocyssimè totum corpus permeare, & nunc in has,
nunc in illas partes subito, ut aliquando necessitas
postulat, diffundi, nisi de conueniente & oportuno
ad eam rem uehiculo natura prospexisset.

XXIII.

Oportebat enim & substantia tenuissimum &
singulari pernitate agile, & calori familiare &
amicum esse id, quo ad prouehendum calorem com-
modè uteretur.

XXIII.

Humor autem nullus, utpote crassus & grauis,
per se aptus & habilis ad eum usum erat.

Ergo

xxv.

Ergo Spiritus, qui est humore & multo subtilior, & uelocitate agilior, ac nature cognitione propinquior calori, peridoneum erat ad eam rem instrumentum.

xxvi.

De hoc iam deinceps acturi, ne qua inanis disceptatio & λογομαχία ex nominis uaria significatione oriatur, primum de uocabulo constituamus.

xxvii.

Spiritus, ut in omnibus ferè linguis uentum seu flatum significat, ita cum uentus prepotens res sit, & mirabilium operum effectrix eademq; oculorum aspectum effugiat, fit quadam affinitate & similitudine, ut spiritus uocabulum accommodetur ad omnem substantiam, quæ sub aspectum non cadit, siue ea corporea sit, siue incorporea.

xxviii.

Quamobrem quæ in homine inest substantia tenuis uapori uel auri perlimilis, cuius ut uenti uis est & incurio, spiritus appellatione intelligitur.

xxix.

Huius autem duplex genus esse deprehenditur. Vnum uerum & salutare, quo in corpore necessarii impetus cientur pro nature arbitrio. Alterum quod falsa specie illud prius genus imitatur & noxi-
B um est

um est atq; moleſtum, Flatus plerunq; nominari ſo-
litum.

XXX.

Spiritus ſalutaris & benignus eſt, ut Galenus
definit, Exhalatio quedam ex benigno ſanguine ex-
citata, hoc eſt, Spiritus eſt corpus tenue aëreum &
lucidum uaporis modo ex ſubtilioribus humorum
partibus (ut enim craſſe partes ex craſſioribus ita
ſpiritus ex tenuioribus ſanguinis partibus oriun-
tur) excitatum, ſedes & uehiculum caloris.

XXXI.

Hic prima ſui diuiſione duplex eſt. Nam ut ca-
lor alius eſt inherens, alius influens, Ita etiam ſpiri-
tus alius infixus eſt ſiue inherens, alius uero influēs.

XXXII.

Inherens ſpiritus ſubiecto quidem & loco idem
eſt cum calore inherente, ſed natura tamen eſt ab
eodem diſtinctus, ex ſemine cum calore propaga-
tus in ſingula membra. Ideoq; ut Calor ita & ſpiri-
tus complantatus & complexionalis & radicalis di-
citur.

XXXIII.

Influens Spiritus eſt, qui à tribus facultatibus
uniuerſum animal gubernantibus ex ſuis fontibus
in omne corpus diſtribuitur.

XXXIIII.

Cuius tres ſpecies ab Hippocrate, Galeno,
Actua

Actuario, Auicenna & reliquis Medicis ferme omnibus recte ponuntur.

xxxv.

Quoniam enim unicum & eundem spiritum, e corde solum propagari in omnes partes, & alterari nonnihil in singulis, non male aliquis dixerit, Ob trium tamen facultatum principia, in quibus prestantiorem naturam, & vim ad alterandum inesse oportet, tres species etiam nos faciemus, Naturalem, Vitalem, & Animalem.

xxxvi.

Nam horum unusquisque peculiari in officina principalium trium partium prepotente & nobiliore pre ceteris uirtute predestinatus fit & elaboratur.

xxxvii.

Epar enim Chylum attractum per Venas Meseraicas sue substantie ui exactius coquit, attenuat, & conuertit in sanguinis naturam.

xxxviii.

Ex quo exhalans ueluti uapor Spiritus est naturalis, qui inde per uenas in uniuersum corpus sanguinem deducit, & eidem in membrorum solidam substantiam aditum ueluti aperit munitque.

xxxix.

Ac naturalis spiritus nominatur, propterea
B 2 quod

quod nature actiones, quę sunt generatio, nutritio,
& augmentatio adiuuet atq; prouehat.

XL.

Huius enim & caloris ei insidentis beneficio
fit, ut uentriculus, hepar, cerebrum & reliquę par-
tes omnes idoneum sibi & familiare alimentum at-
trahant, retineant, promptę percoquant, & excre-
mentis se purgent & exonerent.

XLI.

Ac quod ad substantię modum & qualitatem
huius spiritus attinet, est ille quidem per se tenuis
& lucidus, in collatione tamen & respectu cetero-
rum crassior est & obscurior, ac minus lucidus.

XLII.

Quanto autem deinceps sepius alteratur, tanto
fit tenuior & lucidior.

XLIII.

Itaq; Spiritus uitalis in corde fonte caloris &
uitę ex naturali fit & elaboratur hoc modo. Cor san-
guinem ex hepate aduectum per uenam cauam in
dextrum sinum recipit, ibiq; separatis crassioribus
partibus subtiliores agit innata ui per substantiam
suam mediam in sinistram cauitatem, ubi cum aere
attracto commixtum eundem conuertit in spiritum
tenuiorem & prestantiorem, qui uitalis nominatur.

XLIIII.

Vt enim

Vt enim in distillationibus liquor ille, qui secundum aut tertium ignem expertus est, exactius elaboratur, & in nobiliorem substantiam attenuatur, ita in corde sanguis & spiritus naturalis, exquisitiori modo percoctus, multo fit subtilior, potentior & spirituosior.

XLV.

In corde igitur confectus spiritus vitalis, illinc per arterias in totum corpus continuo impulsu fluxuq; funditur & propagatur, uitam, uigorem, & robur afferens omnibus totius corporis partibus.

XLVI.

Qui quidem etsi & ipse humidus est, & calidus, tamen respectu naturalis spiritus siccus dici potest, quandoquidem eius humiditas depurata magis est, ita ut iam ad ignis naturam propius accedat.

XLVII.

Ideoque natura calidissimus est, & maxima ui prestans.

XLVIII.

Vnde fit, ut qui huiusmodi spiritus copia non destituantur, generosam quandam præalti ingenij indolem præ se ferant, & ad glorię, honoris, omnisq; præstantis laudis cupiditatem ardenti animorum impetu ferantur.

XLIX.

Sicut iidem ad uindictam & iram concitatus ruunt.

L.

Eiusdem Spiritus affluentia fit, ut in corpore floridus quidam & peramenus coloris splendor enitescat.

L I.

Atq; ex hoc vitali spiritu in cerebrum euecto, fit spiritus animalis, quem sic nominant, quod proprię & supra naturę uim præstantiores animantium functiones, quę sunt sentiendi, mouendi & intelligendi, eius beneficio perficiantur.

L II.

Fit autem hoc modo. Cum spiritus uitalis, qui est feruentissimus, in caput est euectus, Mox ibi uarię is per admirandum illum arteriarum plexum, quem *σικτυοειδής*, id est, retiformem nominant, circumducitur & agitur, in qua circumductione Cerebrum, quod sua natura est frigidius, eius summum feruorem frangit & mitigat, ut cum aëre per nares attracto commixtus, & ad hunc modum contemperatus, ueluti moratus & castigatus uirtutis sentientis minister fiat, non aliter atq; iuuenculus & ferociens ætatis feruore equus iniecto freno mitescere, & habilior fieri solet.

L III.

Atq; hæc summi caloris remissio & commoderatio, qua ratione fiat, ex distillationum artificio alio quo modo intelligi potest. Vt enim ibi maximus uini sublimati feruor anfractuosis quibusdam canalibus seu fistulis, quas Serpentinās nominant, per aquam refrigerij ductis molliri atq; mitigari solet, eodem modo prorsus etiam feruor in spiritu remittitur;

titur, adequatur, & ad proprios cerebri usus adaptatur.

LIIII.

Ex quo apparet, quo consilio ab Aristotele scriptum sit: Cerebrum factum esse ad excellentem cordis calorem temperandum.

LV.

De Spiritu enim Vitali, qui in corde procreatus à cerebri frigiditate ad commodatam temperiem redigitur, rectè id dici existimandum est.

LVI.

Hic spiritus etsi calorem adhuc sibi coniunctum habeat, ita tamen frigiditate cerebri remissus est, ut uix ullus superesse uideatur.

LVII.

Qua quidem de causa fit, ut de animalibus actionibus loquentes potius spirituum, quàm caloris nomine utamur, Sicut de naturalibus uerba facientes caloris potius, quam spiritus appellationem adhibemus, De Vitalibus autem differentes utroq; nomine promiscuè ferè utimur.

LVIII.

Est enim calor quidem in eo reliquus, sed ualde remissus, & ad facultatis Animalis functiones probè commoderatus.

Huius

LIX.

Huius ut syncerior & depuratio est substantia, quàm Vitalis, ita etiam longè nobiliores operationes exercet cogitando, memorando, iudicando, ratiocinando, uidendo, audiendo, gustando, olfaci-
endo, tangendo, mouendo & agitando corpus.

LX.

Horum trium spirituum discrimen aliquo modo intelligemus, si ad expirationes huius mundi eos comparauerimus. Naturalem enim uapori per similem, uitalem expirationi calidè & sicce, quam ὑπέκκαυμα nominat Aristoteles, Animalem uerò mitissimè & placidissimè aure, qualis Etesijs maxime sereno cœlo spirantibus esse solet, respondere uide-
mus.

LXI.

Spirituum omnium, sed animalis inprimis affectione fiunt uel meliores, uel deteriores mentis & intelligentiæ actiones.

LXII.

Nam si subtilitate, puritate & splendore præstent, nec temperie sint uitiosa, præclare existunt omnes mentis actiones.

LXIII.

Si iusto fuerint humidiores, tardum & obtusum reddunt ingenium.

LXIIII.

Conue-

Conuenienter autem & sue nature modo sicci,
perspicacem animum faciunt: hinc heracliteum il-
lud *ΑΥΓΗ ΞΗΡΗ, ΨΥΧΗ ΣΟΦΩΤΕΡΗ.*

L X V.

Calore enim & siccitate tanquam alis euehi spi-
ritum ad cœlestia scite nonnulli tradunt, ut contra
frigore & humiditate ad terrena eundem retrahi
existimant.

L X V I.

Spiritus obscurus & tenebrosus monstrosas gi-
gnit cogitationes, nimis clarus rerum formas immo
dico fulgore perfusas ueluti elidit.

L X V I I.

Fugax & instabilis uagari, & nullius rei medi-
tationi satis insistere & immorari animum finit, ex
quo qui abundant humore calido & tenui, quoniam
iſdem spiritus fugaces & instabiles habent, leui sunt
plerumq; sententia, & inconstanti animo, adeoq; du-
bia & incerta fide.

L X V I I I.

Quantitate multus, temperatione moderatus, &
substantia luminosus, gaudium affert.

L X I X.

Exiguus quantitate, ut in his qui ex morbo con-
ualeſcunt, crassus substantia, ut in senibus & his, qui
uitiosa abundant Melancholia, Tenebrosus & te-
nuis, ut in frigidioribus feminis tristitiam parit.

C

Spiritus

LXX.

Spiritus ergo proportionē equabili copiosus, subtilis, purus, mundus, stabilis, & satis clarus, constantes, firmas & certas exhibet imagines. Hinc benē temperati declinantes nonnihil ad Melancholicam naturam, ingenijs præstant, sapientia & artium inuentione admirabiles, teste summæ auctoritatis uiro, & maximo Philosopho Aristotele.

LXXI.

Vt autem Spirituum horum benigna est & salutaris natura, ita flatuum, quod alteri generi subieci-
mus, molesta & exitiosa moles.

LXXII.

Hi spiritibus adduntur, & sic nominantur à nonnullis ob falsam cum spiritu similitudinis speciem, quandoquidem & ipsi uaporosa constant substantia, sed rectius *ψευδοπνεύματα* dicuntur.

LXXIII.

Excitat enim hos calor imbecillior ex humore crasso, crudoq; nullo fine, tantum eo quod satis euincere coquendo humorem nequeat.

LXXIII.

Vt autem temerè oriuntur hi flatus, ita incerto & dubio motu aguntur, atq; errabundi uagantur temerè, modo in hanc modo in illam partem appellant.
Cum

LXXV.

Cum in caput efferuntur, Scotomata, Vertigines, tinnitus ferme excitant.

LXXVI.

Cum cordis locum obsident, Syncopen & animi deliquia pariunt.

LXXVII.

Vbi vias sanguinis & spiritus intercludunt, punctiones, distentiones, & grauitatis sensum hepatis, lieni & renibus inuehunt.

LXXVIII.

In uesicam & uterum delati, atrocía illarum partium extensione tormina, & ingentes cruciatus concitant.

LXXIX.

Ventriculum & intestina prementes, Colicos & Coeliacos dolores gignunt.

LXXX.

Omniſibus igitur modis danda est opera, ut illos fidos & salutareſ nature ministros, Calorem & Spiritum integros & ualentes quamdiutissimè conseruemus, nec intemperantia, & stulta leuitate debilitemus. Quoniam, ut ostensum est, omnium necessariorum actionum corporis sunt opifices, & cum sanitatem ipsam egregiè tuentur, tum arcendis & pro pellendis omnium generum morbis, & horum flatuum molestijs fugandis, strenuam operam prestant.

F I N I S.



Chapter 1. Of the Nature and Properties of the Human Mind.

Section 1. Of the Origin of Ideas.

Section 2. Of the Nature of Sensation.

Section 3. Of the Nature of Reflection.

Section 4. Of the Nature of Reason.

Section 5. Of the Nature of Imagination.

Section 6. Of the Nature of Memory.

Section 7. Of the Nature of Judgment.

Section 8. Of the Nature of Understanding.

Section 9. Of the Nature of Will.

Section 10. Of the Nature of Liberty.

Section 11. Of the Nature of Necessity.

Section 12. Of the Nature of Chance.



